



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. Patris, Francisci Svarez, E Societate Iesv,
Metaphysicarvm Disputationvm, In Qvibvs Et Vniversa
Natvralis Theologia Ordinate Traditvr, Et Qvæstiones Ad
omnes duodecim Aristotelis Libros ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ ; [Coloniæ Agrippinæ], 1630

Ratio Indicvm Hvivs Operis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94135](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94135)



RATIO INDICVM HVIUS OPERIS

Q Vinque Indices huic Operi adiuncti sunt, Beneuole Lector, de quibus paucis monendus.

Primus est, qui initio statim Operis positus, Disputationes & Sectiones, quæ in hoc Opere continentur, exhibet.

Secundus est, in quo ordo & ratio Librorum ac Capitulorum Metaphysicæ Aristotelis aperitur, omniumq; brevis Summa proponitur, & Quæstiones omnes, quæ in eis moueri solent aut possunt, designantur, cum locis in quibus in hoc Opere differuntur, & si quæ ad textus Aristotelici intelligentiam pertinentia in ipso Opere omissa sunt, in hoc Indice pro cuiusque rei difficultate breuiter expediuntur. Atque hic Index initio statim ante ipsas Disputationes ponendus est, ita tamen excusus est, ut pro arbitrio tuo possis eum reliquis in fine Operis adiungere.

Tertius Rerum & Verborum, quæ in utroque Tomo huius Operis Metaphysici continentur.

Quartus est Philosophicus, continens Quæstiones Metaphysicas iuxta ordinem eorum, quæ in Philosophiæ curriculo disputari solent.

Quintus comprehendit Quæstiones Theologicas, quæ in utroque Tomo huius Operis continentur, iuxta ordinem eorum, quæ à Theologis disputari solent ad Summam Theologicam D. Thomæ.



DISPV-